



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum pati possit pœnam ab igne corporeo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

anima separatè prohibetur cognoscere infinita singularia vnū, post vnū, cū & sensus hoc possit. Et intellectus noster hoc modo, cognoscit infinitas species numerorū. Sic. n. infinitū nō est in cognitione nisi successiue, & sū actū confunctū potentie, sicut etiam ponitur esse infinitum in rebus materialibus.

AD XIII. dicendum, quod Augustinus non intendit dicere quod corpora & similitudines corporum non cognoscantur intellectu, sed quod intellectus non mouetur in sua visione a corporibus sicut sensus, nec a similitudinibus corporum, sicut imaginatio: sed ab intelligibili veritate.

AD XV. dicendum, quod licet anima separata sit eiusdem naturæ cum anima coniuncta corpori, tamen propter separationem a corpore habet aspectum liberum ad substantias superiores, vt possit per eas recipere influxum intelligibilem formarum, per quas singularia cognoscit: quod non potest dum est corpori vnita, vt in superioribus ostensum est.

AD XVI. dicendum, quod singulare secundum quod est sensibile, scilicet secundum corporalem immutationem nunquam sit intelligibile: sed secundum quod forma immaterialis intelligibilis ipsum repræsentare potest, vt ostensum est.

AD XVII. dicendum, quod anima separata per suum intellectum recipit species intelligibiles per modum superioris substantiæ, in qua vna virtute cognoscitur quod homo duabus virtutibus, scilicet sensu & intellectu cognoscit. Et ideo anima separata vtrunque cognoscere potest.

AD XVIII. dicendum, quod anima separata quamuis non regat res vel causet eas, tamen habet formas similes causantibus & regentibus. Non enim causans & regens cognoscit quod regitur & causatur, nisi in quantum eius similitudinem habet. Ad ea vero que in contrarium obijciuntur etiam respondere oportet: quia falsum concludunt.

AD PRIMVM quorum dicendum est, quod anima cōiuncta corpori p̄ intellectu cognoscit singulare: non quidem directè, sed p̄ quandam reflectionem, in quantum scilicet ex hoc quod apprehendit suū intelligibile, reuertitur ad considerandū suū actum, & specie intelligibile quæ est principium suæ operationis, & eius speciei originē, & sic venit in considerationem phantasmatum, & singularium, quorum sunt phantasmata. Sed hæc reflexio compleri non potest nisi p̄ adiunctionem virtutis cogitatiuæ & imaginatiuæ, quæ non sunt in anima separata: vnde per modum istum aia separata singularia non cognoscit.

AD SECVNDVM dicendum, quod angeli inferioris Hierarchie illuminantur de rationibus singularium effectiui, non per species singulares, sed per rationes vniuersales, ex quibus cognoscere singularia possunt propter efficaciam virtutis intellectiue, in qua excedit animam separata. Et licet rationes ab eis perceptæ sint vniuersales simpliciter, tamen dicuntur particulares per comparisonem ad rationes vniuersaliores, quas angeli superiores recipiunt.

AD TERTIVM dicendum, quod id, quod potest virtus inferior, potest & superior, nō tamen eodem modo, sed excellentiori: vnde easdem res quas sensus percipit materialiter & singulariter, intellectus immaterialiter & vniuersaliter cognoscit.

ARTICVLVS XXI.

Vtrum anima separata possit pati ab igne corporeo.

VICESIMO PRIMO quaeritur, vtrum aia separata possit pati penā ab igne corporeo. Et vs̄ q̄ nō.

Nihil enim paritur nisi secundum, quod est in potentia. Sed anima separata non est in potentia, nisi secundum intellectum, quia potentia sensitiua in materia manent, vt ostensum est, ergo anima separata non potest pati ab igne corporeo, nisi secundum intellectum, intelligendo. Ipsum: hoc autem non materiale, sed magis delectabile, ergo anima non potest pati ab igne corporeo penam.

¶ 2 Præ. Agens & patiens cōmunicat in materia, vt dicitur in 1. de generatione. Sed aia cum sit immaterialis, nō cōmunicat in materia cum igne corporeo, ergo aia separata nō potest pati ab igne corporeo.

¶ 3 Præ. Quod nō tangit non agit, nec tangit non potest tangere animam, nec tangit vltima quantitatis, cum anima sit incorporea, etiam tactu virtutis, cum virtus corporalis imprimere in substantiam incorpoream, sicut econuerso. Nullo igitur modo anima separata potest pati ab igne corporeo.

¶ 4 Præ. Dupliciter dicitur aliquid pati ab igne, vt lignū patitur ab igne, vel sicut dicitur vt calidum a frigido. Sed anima nō potest pati ab igne corporeo sicut subiectum passionis, quia non retinet formam ignis fieri in aia, & sic ignis anima caleficeret, & igitur, quod est impossibile. Similiter nō potest dici, quod anima patitur ab igne corporeo sicut contrariū a contrariō, tum, quia nihil est contrariū, tum, quia sequeretur quod ab igne corporeo destrueret, quod est impossibile. Anima igitur nō potest pati ab igne corporeo.

¶ 5 Præ. Inter agens, & patiens oportet esse rationē aliquā. Sed inter aiam, & ignem non vs̄ esse aliquam proportionem, cū sit incorporeum, ergo anima nō potest pati ab igne corporeo.

¶ 6 Præ. Omne quod patitur, mouetur, & mouetur cū nō sit corpus, ergo aia nō potest pati ab igne corporeo.

¶ 7 Præ. Aia est dignior quod corpus quantum ad essentiam, sed corpus quantū ad essentiam est omnino inferior, ergo multo magis anima.

¶ 8 Præ. Aug. dicit 22. sup. Gene. ad litteram, est nobilior patere. Sed ignis corporeo nobilior anima, ergo ignis nō potest agere in anima, dicebatur, quod ignis nō agit in aiam virtute per se naturali, sed in quantum est instrumentum.

¶ 9 Sed contra. Sapiētis artificis est vniuersalibus instrumentis ad finem suum. Sed ignis corporeo non vs̄ esse conueniens instrumentum ad agendum animam, cum hoc non cōueniat esse forma per quam instrumentum adoperatur, & terra ad dolandum, & dolabra ad dolandum, & terra ad dolandum, & dolabra ad dolandum, ergo anima nō potest pati ab igne corporeo, qui est sapientissimus, virtute per se.

¶ 10 Præ. Deus cum sit actor naturæ, & naturam facit, vt dicit quardam glo. Recurrenda natura est, vt corporeum in abstracto agat. ergo hoc Deus non facit.

¶ 11 Præ. Deus non potest facere, quod contra natura sint simul vera: hoc autem sequeretur, si heretur alicui, quod est de essentia eius, quod nō esset rationalis, sequeretur quod homo, & non homo. ergo Deus non potest facere, quod aliqua res careat eo, quod est ei essentiale, & impassibile est essentiale animæ, contra naturam, & in quantum est immaterialis, ergo Deus non potest facere, quod anima patiatur ab igne corporeo.

In corp. art.

In corp. art.

2. 2. q. 160. art. 3.

¶ 12 Præ. Vnaqueque res habet potentiam agendi secundum suam naturam. non ergo potest res aliqua accipere potentiam agendi, quam sibi non competit, sed magis alteri rei, nisi a propria natura immutetur in aliam naturam, sicut aqua non calefacit, nisi fuerit ab igne transmutata: sed habere potentiam agendi in res spirituales, non competit naturæ ignis corporis, ut ostendit sum est. Si ergo a Deo hoc habet, ut instrumentum diuine iustitiæ, quod in animam separatam agere possit, ut quod iam non sit ignis corporeus: sed alterius naturæ.

¶ 13 Præ. Id quod fit virtute diuina, habet propriam & veram rationem rei in natura existentis. Cum enim diuina virtute aliquis cæcus illuminatur recipit visum secundum veram, & propriam rationem naturalem visus. Si anima igitur virtute diuina patitur ab igne prout est instrumentum diuine iustitiæ, sequitur quod anima vere patitur secundum propriam rationem passionis: pati autem dupliciter dicitur. Vno modo secundum quod pati dicitur recipere tantum, sicut intellectus patitur ab intelligibili, & sensus a sensibili. Alio modo per hoc quod abijcitur aliquid a substantia patientis sicut cum lignum patitur ab igne. Si igitur anima separata patitur ab igne corporeo diuina virtute, prout ratio passionis consistit in receptione tantum, cum receptum sit in recipiente secundum modum eius, sequitur, quod anima separata recipiat ab igne corporeo immaterialiter, & incorporealiter secundum modum suum. Talis autem receptio non est animæ punitiua, sed perfectiua, ergo hoc non erit ad poenam animæ. Similiter etiam nec potest pati anima ab igne corporeo prout passio abijcitur a substantia: quia sic substantia animæ corrumpitur, ergo non potest esse, quod anima patitur ab igne corporeo, etiam prout est instrumentum diuine iustitiæ.

¶ 14 Præ. Nullum instrumentum agit instrumentaliter nisi exercendo operationem propriam: sicut serra agit instrumentaliter ad perfectionem arcæ fecando. Sed ignis non potest agere in animam actione propria naturali. Non enim potest calefacere animam: ergo non potest agere in animam, ut instrumentum diuine iustitiæ. Sed dicebat, quod ignis aliqua actione propria agit in animam, in quantum scilicet detinet eam, ut sibi alligatam.

¶ 15 Sed contra. Si anima alligatur igni, & ab eo detinetur, oportet quod ei aliquo modo vnatur. Non autem vnatur, ut forma, quia sic anima viuificaret ignem: nec vnatur ei, ut motor, quia sic magis pateret ignis ab anima, quam econuerso. Non est autem alius modus quo substantia incorporea corpori vnari possit, ergo anima separata non potest alligari ab igne corporeo, nec ab eo detineri.

¶ 16 Præ. Id quod est alligatum alicui, non potest ab eo separari: sed spiritus damnati separantur aliquando ab igne corporeo infernali. Nam demones dicuntur esse in hoc aere caliginoso. Animæ etiam damnatorum interdum aliquibus apparuerunt. Non ergo patitur anima ab igne corporeo, ut ei alligata.

¶ 17 Præ. Id quod alligatur alicui, & detinetur ab eo, impeditur per ipsum a propria operatione: sed propria operatio animæ est intelligere, a qua impeditur non potest per alligationem ad aliquod corporeum: quia intelligibilia sua in se habet, ut in 3. de anima dicitur, unde non oportet, ut ea extra se quaerat: ergo anima separata non punitur per alligationem ad ignem corporeum.

¶ 18 Præ. Sicut ignis per modum istum potest detinere animam, ita & alia corporea: vel etiam magis, in quantum sunt grossiora, & grauiora. Si ergo anima non

A punitur nisi per detentionem & alligationem, eius poena non deberet soli igni attribui, sed magis alijs corporibus.

¶ 19 Præ. Augustinus dicit 22. super Gen. ad literam, quod substantiam inferorum non est credendum esse corporealem sed spirituales. Damascenus etiam dicit, quod ignis inferni non est materialis. ergo videtur quod anima non patitur ab igne corporeo.

¶ 20 Præ. Sicut dicit Greg. in Moralibus, delinquentes seruus ad hoc punitur a domino ut corrigatur. Sed illi qui sunt damnati in inferno incorrigibiles sunt, ergo non debent puniri per ignem corporeum infernalem.

¶ 21 Præ. Poenæ per contrarium fiunt. Sed anima peccauit subdendo se corporalibus rebus per affectum, ergo non debet per aliqua corporalia puniri, sed magis per separationem a corporalibus.

¶ 22 Præ. Sicut ex diuina iustitia redduntur poenæ peccatoribus, ita & premia iustis: sed iustis non redduntur premia corporalia, sed spiritualia tantum: unde si qua premia corporalia iustis reddenda in scriptura traduntur, intelliguntur metaphoricæ, sicut dicitur Luc. 22. Ut edatis & bibatis &c. ergo & peccatoribus non infliguntur poenæ corporales, sed spirituales tantum, & ea quæ de poenis corporalibus in scripturis dicuntur, erunt metaphoricæ intelligenda. Et sic anima non patitur ab igne corporeo. **S E D C O N T R A.** Idem ignis est quo puniuntur corpora & animæ damnatorum & demones, ut patet per illud Matth. 23. Ite maledicti &c. Sed corpora damnatorum necessarium est quod puniantur igne corporeo. pari ergo ratione animæ separatae igne corporeo puniuntur.

R E S P O N S. Dicendum, quod circa passionem animæ ab igne, multipliciter aliqui locuti sunt. Quidam enim dixerunt, quod anima non patitur poenam ab aliquo igne corporeo, sed spiritualis eius afflictio metaphoricæ in scripturis, ignis nomine designatur. Et hæc fuit opinio Origenis. Sed hoc pro tanto non videtur sufficiens, quia ut Augustinus dicit 21. de ciuit. Dei, oportet intelligi ignem esse corporeum quo cruciabantur corpora damnatorum, quo et igne & demones & anime cruciantur secundum similitudinem de eo inducitur. Et ideo alijs visum fuit, quod ignis ille corporeus est, sed non ab eo immediate anima patitur poenam: sed ab eius similitudine secundum imaginariam visionem, sicut accidit dormientibus quod ex visione aliquorum terribilium que se perpeti vident, veraciter affliguntur, licet ea a quibus affliguntur non sint vera corpora, sed similitudines corporum. Sed hæc positio stare non potest: quia in superioribus est ostensum quod potentia sensitiva partis inter quas est vis imaginatiua, non manet in anima separata. Et ideo oportet dicere quod ab ipso corporali igne patitur anima separata. Sed quomodo patitur, videtur difficile assignare. Quidam enim dixerunt quod anima separata patitur ignem hoc ipso quod videt. Quod tangit Greg. in Dial. dicens. Ignem eo ipso patitur anima quo videt: sed cum videre sit perfectio videntis, omnis visio est delectabilis in quantum huiusmodi, unde nihil in quantum est, visum est afflictiuum, sed in quantum apprehenditur ut nociuum. Et ideo alij dixerunt, quod anima videt illum ignem & apprehendens ut nociuum sibi, ex hoc affligitur. Quod tangit Greg. 4. Dial. dicens quod quia anima cremari se conspicit, crematur. Sed tunc considerandum restat, utrum ignis secundum rei veritatem sit nocuus animæ, vel non. Et si quidem non sit animæ nocuus secundum rei veritatem, sequetur quod decipietur in sua anima.

Li. 12. ca. 32. tom. 3.

In 7. Pfal. ps. nit. in prin.

Li. 5. peric. c. 11. tom. 4. Ca. 10. to. 5.

Art. 19. huius in quaest.

cap. 19. a prin. parum

cap. 19. a prin. parum

Cap. 29. a medio.

afflictione qua apprehendit ipsum vt nocuum. Et hoc videtur inopinabile, præcipue quantum ad dæmones qui acuminis intellectus vigent in rerum naturis cognoscendis. Oportet ergo dicere, q̄ secundum rei veritatē ille ignis corporeus animæ sit nocuus: vnde Greg. 4. Dial. concludit dicens. Colligere ex dictis euangelicis possumus, q̄ incendium anima non solum videndo, sed experiēdo patitur. Ad inuestigādum ergo quomodo ignis corporeus aīa vel dæmoni nocuus esse possit, considerandum est q̄ nocuum alicui non infertur secundum q̄ recipit id quo perficitur, sed secundum q̄ a suo contrario impeditur, vnde passio animæ per ignem nō est secundum receptionem tātum, sicut patitur intellectus ab intelligibili, & sensus a sensibili, sed secundum q̄ aliquid patitur ab altero per viam contrarietatis & obstaculi: hoc autem contingit dupliciter. Impeditur enim aliquid vno modo a suo contrario, quantum ad esse suum quod habet ex aliqua forma inhærente: & sic patitur aliquid a suo contrario per alterationem & corruptionem, sicut lignū ab igne comburitur. Aliquid autem impeditur ab aliquo obstante vel cōtrariante, quantum ad suam inclinationem, sicut naturalis inclinatio lapidis est vt feratur deorsum. Impeditur autē ab aliquo obstante & vim inferente, vt per violentiam quiescat vel per violentiam moueatur. Neuter autem modus passionis penalis est in re, cognitione carente. Nam vbi non potest esse dolor & tristitia, non competit rō afflictionis & pœnæ. Sed in habente cognitionē ex vtroq; modo passionis consequitur afflictio, & pœna, sed diuersimode. Nam passio quæ est secundū alterationem a cōtrario infert afflictionem & pœnā secundum sensibilem dolorē: sicut cū sensibile excellens corrumpit armoniā sensus. Et ideo excellentie sensibiliū & maxime tangibiliū dolorē sensibile inferit, cōtēperationes autē eorum delectat pp cōueniētiā ad sensum: sed secūda passio nō infert pœnam s̄m dolorem sensibilem, sed s̄m interiorē tristitiam quæ oritur in homine vel in animali ex hoc q̄ aliquid interiori aliqua vi apprehenditur vt repugnans voluntati vel cuiusque appetitui. vnde ea, quæ sunt contraria voluntati & appetitui, affligunt, & magis interdum, quā ea quæ sunt dolorōsa secundum sensum: præheret. n. aliquis verberari & grauius s̄m s̄m affligi, quā vituperia sustinere, vel aliqua h̄mōi quæ voluntati repugnant. Secūdū igitur primum modum passionis aīa non pōt pati pœnam ab igne corporeo. Non enim possibile est q̄ ab eo alteretur & corruat patur. Et ideo non eo modo ab igne affligitur, vt ex eo dolorem sensibilem pariat: potest autem pati aīa ab igne corporeo secūdo modo passionis, in quantum per h̄mōi ignē impeditur a sua inclinatione vel uolūtate: quod sic patet. aīa. n. & quæ habet corporalis substantia quātū est de sui natura, non est obligata alicui loco, sed trāscēdit totum ordinē corporaliū. Quod ergo alligetur alicui & determinetur ad aliquē locū p̄ quamdam necessitatem, est contra eius naturam & contrarium appetitui naturali, & hoc dico nisi in quātū coniungitur corpori cuius est forma naturalis, in quo aliquam perfectionem consequitur. Quod autē aliqua spiritalis substantia alicui corpori obligetur, non est ex uirtute corporis potentis substantiam incorporeā detinere, sed ex uirtute alicuius superioris substantiæ alligatis spiritalē substantiā tali corpori: sicut etiam per artes magicas permissioe diuina

F virtute superiorum dæmonū aliqui spiritus in aliquibus alligantur, vel anulīs, vel imaginibus humiūmodi rebus. Et per hunc modum dæmones alligantur virtute diuina in corporeo igni. vnde August. dicit 21. de ciuitate. Cur nō dicamus quāuis mitis modis erantus incorporeos posse pœna corporeis affligi, si spiritus hominum etiam ipsi protēduntur in corpore, & nunc possunt includi corporalibus bris, & tunc poterunt corporum suorum insolubiliter alligari? Adhærebunt ergo spiritus incorporei corporalibus ignibus cruciantes ex ignibus pœnam non dantes, sed accipientes. Et sic verum est, q̄ ignis ille in quantum est diuina derinet animam alligatā, & in quantum instrumentum diuinæ iustitiæ, & in quantum apprehendit illum ignem, vt sit sibi nocuus. **G** tristitia affligitur. Quæ quidem maxime considerat se in finis rebus subdi, quæ patitur per fruitionem vniū. Maxima ergo afflictio natorum erit ex eo, q̄ a Deo separauerunt, vero ex hoc q̄ rebus corporalibus subduntur, & abiectione loco. **H** Et per hoc patet solutio ad septem objectiones. Non enim dicimus, q̄ anima ab igne corporeo, vel recipiendo tantum, dum alterationem a cōtrario, prout prædictiones procedunt. **I** **AD OCTAVVM** dicēdū, q̄ instrumentū virtute sua, sed virtute principalis agentis. Sed ignis agit in aīam, vt instrumentū diuine est attendenda dignitas ignis, sed dicitur instrumentum ad puniendū dæmones, & pœnam inferunt, rebus inferioribus subdantur. **AD X.** dicendum, q̄ Deus, & si nocuus naturam, operatur tamen supra naturam quod natura non potest. **AD XI.** dicēdū, q̄ esse impossibile anima per modum alterationis anime: compositionem suā essentie, hoc autem modum diuina virtute, sed sicut dictum est. **AD XII.** dicēdū, q̄ ignis non habet propriam virtutem, vt virtute propria agat, quæ naturaliter agunt, sed instrumentum, & ideo non sequitur, q̄ mutetur a sua natura. **AD XIII.** dicēdū, q̄ neutro illorū modorū anima ab igne corporeo patitur, sed sicut dictum est. **AD XIV.** dicēdū, q̄ ignis corporeus calefaciat animā, habet tñ aliam operationem habitudinē ad animā, quam corporeas habere ad spiritum: vt scilicet eis aliquid virtutis infundat, vt forma, quia non dat ei vitam, & cit: sed vniū ei eo modo quo spiritus virtutis eis corporeis per cōtractum virtutis, quæ non sūt ipsorum motores. **AD XVI.** dicēdū, q̄ sicut iam dictum est, affligitur ab igne corporeo, in quantum in quantum sibi, vt nocuiū per modū alligationis: hæc autē apprehensio affligere potest nō est actū alligata, ex hoc solum, q̄ appropinquatio deputata, & per hoc dicitur, q̄ nō secum ferre gehennam quocumque modo. **AD XVII.** dicēdū, q̄ licet aīa ex uirtute cognitione non impediatur ab intellectu, &

impeditur tamēā quadā naturali libertate, quā est absoluta ab omni obligatione ad locū corporale.

Ad xviii. dicendum, q̄ poena gehennae non solum est animarum, sed etiam corporum: propter hoc ponitur ignis maxime poena gehennalis, quia ignis est maxime corporum iudicium. Nihilominus tamen, & alia erunt afflictiva secundum illud psal. 10. Ignis sulphur &c. Competit etiam amori inordinato, qui est peccandi principium: ut sicut coelum empyreum respondet igni charitatis, ita ignis inferni respondeat inordinatae cupiditati.

Ad xix. dicendum, q̄ Augu. dicit non determinando, sed inquirendo: vel si hoc opinando dixit, expresse post modum hoc reuocat in 21. de ciuit. Dei: vel potest dici, q̄ substantia inferiorum dicitur esse spiritualis quantum ad proximum assilgens: quod est ignis apprehensus, vt nocuus per modū detentionis, & alligationis.

Ad xx. dicendum, q̄ Greg. hoc introducit per modū obiectionis quorundam, qui credebant omnes penas, quae adeo infliguntur, esse purgatorias, & nullam esse perpetuam, quod quidē falsum est. Inferunt enim a Deo quadam poenae, vel in hac vita, vel post hanc vitam, ad emendationē, vel purgationem. Quaedā vero ad vitam damnationē. Nec tales poenae a Deo infliguntur eo, q̄ ipse delectetur in poenis, sed eo q̄ delectatur in iustitia fecerunt quam peccantibus poena debetur.

Sic etiam apud homines quadam poenae infliguntur ad correctionem eius, qui punitur, sicut cum pater flagellat filium, quadam autem ad finalem condemnationem, sicut cum iudex suspendit latronem.

Ad xxi. dicendum, q̄ poenae sunt p̄ contrariū quātū ad intentionē peccantis. Nam peccans intendit proprie satisfacere voluntati, poena etiā est contraria voluntati ipsius, inquantū ex sapientia diuina procedit, vt illud in quo querit aliq̄s suam voluntatē implet, in contrarium ei vertatur. Et sic dicitur in lib. Sap. Per quae peccat quis, p̄ hanc, & torquetur. vnde quia anima peccat corporalibus inharendo, ad diuinā sapientia pertinet, vt per corporalia puniatur.

Ad xxii. dicendum, q̄ anima praemiat per hoc q̄ fruatur eo, quod est supra se, punitur autē p̄ hoc, q̄ subditur his, q̄ sunt infra ipsam. Et id praemia animarū nō sunt conuenienter intelligēda, nisi spūali ter: poenae autem intelliguntur corporaliter.

QVAESTIO III.

De vnione verbi incarnati.

Et habet quinque articulos.

- ¶ Primo enim quaeritur vtrū hęc vnio facta sit in persona vel in natura.
- ¶ Secūdo, Vtrum in Christo sit vna tm̄ hypostasis.
- ¶ Tertio, Vtrū Christus sit vnū naturaliter, vel duo.
- ¶ Quarto, Vtrū in Christo sit vnū tantum esse.
- ¶ Quinto, Vtrum in Christo sit vna tm̄ operatio.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnio verbi facta sit in persona.

QVAESTIO est de vnione verbi incarnati. Et primo quaeritur, vtrum hęc vnio facta sit in persona, vel in natura. Videtur autem, q̄ in natura. Dicit enim Athanasius, q̄ sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus. Sed anima rationalis, & caro vnuntur in vnā naturam humanam, ergo Deus, & homo vnuntur in vnā naturam Christi.

¶ 2 Præt. Dam. dicit in 3. lib. Hoc facit haereticis er-

rorem, quia dicunt idem naturam, & hypostasim. Sed hoc non vñ falsum esse: quia in quolibet simplici, & praecipue in Deo, idē est suppositū, & natura. ergo non est falsum, quod haereticis dicit, q̄ si vnio facta sit in persona, q̄ sit facta in natura.

¶ 3 Præt. Dam. dicit in 3. lib. q̄ in conuertibiliter, & inalterabiliter vnitae sunt adinuicē duę naturae: sed vnio naturarū videtur importare vnionem naturalem, ergo vnio facta est in natura.

¶ 4 Præt. In omnibus illis in quibus suppositū aliquid habet praeter naturā speciei, vel accidēs, vel naturā individualement, necesse est q̄ differat suppositū a natura, vt patet per Philosophum in 7. Metap. Sed si vnio humanae naturae ad verbum nō est facta in natura humana, non pertinebit ad naturā speciei ipsius verbi, ergo sequetur, q̄ suppositū verbi sit aliud a natura diuina, quod est impossibile. videtur ergo, q̄ vnio facta sit in natura.

¶ 5 Præt. Omnis vnio terminatur ad aliquod vnū, quod est posterius ipsa vnione: sed vnitas personae verbi cum sit aeterna non est posterior vnione, quae facta est in plenitudine temporis. ergo vnio nō est facta in persona.

¶ 6 Præt. Vnio importat additamentum quoddā, vnde non potest fieri vnio in aliquo, quod est summa simplicitatis: sed persona verbi cum sit vere Deus, est summa simplicitatis, ergo in persona verbi non potest fieri vnio.

¶ 7 Præt. Duo quae non sunt unius generis, nō possunt in aliquo uniri, ex linea enim, & albedine non fit unum. Sed humana natura multo plus differt a diuina quā ea, quae differunt genere, ergo nō potest simul humanae, & diuinae naturae vnio fieri in persona una.

¶ 8 Præt. Persona, & natura verbi differunt solum secundum modum intelligendi, inquantum in personā verbi importatur relatio originis, non autem in natura: sed per relationem originis verbum nō refertur ad humanam naturam, sed ad patrem. ergo eodem modo se habent ad naturam assumptā persona verbi, & natura eius. Si ergo est facta vnio in persona, erit facta vnio in natura.

¶ 9 Præt. Incarnatio excitat nos ad Deum incarnatum diligendum. Sed non debemus plus diligere unam personam diuinam, quā aliam: quia quorū est eadem bonitas, debet esse eadem dilectio. ergo vnio incarnationis facta est in natura communi tribus personis.

¶ 10 Præt. Secundū Philosophū in 2. de aīa, viuere iuuentibus est esse: sed in Christo est duplex vita. scilicet humana, & diuina, ergo est illi duplex esse, & p̄ eō esse quens duplex persona. Est enim est suppositi, vel personae. Non ergo facta est vnio in persona.

¶ 11 Præt. Sicut forma partis comparatur ad materiam, ita forma totius ad suppositū. Sed forma partis nō potest esse, nisi in materia propria, ergo forma totius, quae est natura, nō potest esse, nisi in proprio supposito, quod est persona humana. Et eadem rōne natura diuina est etiā in persona diuina, ergo si sint ibi duae naturae, oportet q̄ sint ibi duę personae.

¶ 12 Præt. Omne, quod vere predicatur de aliquo, potest supponere pro ipso: sed natura diuina vere predicatur de persona verbi, ergo potest supponere p̄ ipsā. Si ergo facta est vnio in persona, vere potest dici, q̄ facta sit vnio in natura.

¶ 13 Præt. Omne, qd̄ unū alicui, aut unū ei essentialiter, aut accidentaliter. Sed humana natura nō unūtur

Capitu. 3. in princip. & 2 med. illius.

Com. 20. & 21. tom. 3.

Comen. 27. tom. 2.